

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Christianus e
cum uariis

O Christiane, delicatus es miles si putas te posse sine pugna uincere, sine certamine triumphare! Fortiter dimica, atrociter in prelio concerta, considera pactum, conditionem attende, miliciam nosce, pactum quod spondisti, conditionem quam accessisti, miliciam cui nomen dedisti! Hoc enim pacto quos miraris cuncti pugnauerunt, hac conditione uniuersi uicerunt, hac milicia triumpharunt.

Crisostomus in omelia.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

te posse sine pugna] sine pugna te posse P V¹ V² L¹ L²; conditionem] ad *add.* L¹ L²; quos] quod M; cuncti] omnes P V¹ V² L¹ L²; hac milicia triumpharunt *om.* M; triumpharunt] triumpharent B